

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Neunter Band.

Mit 2 Handschriften-Tafeln.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1884.

Aus dem Anekdotenbuche des Schulmeisters Konrad Derrer von Augsburg.

Von L. Weiland.

Die nachstehenden Auszüge entnahm ich dem cod. Monac. lat. 903, welchen der bekannte Priester Andreas von St. Mang bei Regensburg im Anfange des 15. Jahrhunderts geschrieben hat und dessen Inhalt aus Catal. cod. mss. Monac. III, 1, S. 157 im allgemeinen ersichtlich ist. Die Handschrift enthält theils eigene Elaborate des Andreas, theils Abschriften von Werken Fremder, theils Materialiensammlungen. Zu letzteren mögen die Aufzeichnungen auf fol. 225' – 235 gerechnet werden, welche mit der Ueberschrift 'Ex quibusdam cronicis' beginnen und an deren Schluss die Notiz steht, welche ich an den Anfang gerückt habe. Nach derselben hat ein Schulmeister von Augsburg C. Derrerus (doch wohl Konrad Derrer) zur Zeit Ludwigs des Baiern eine Chronik oder vielmehr eine Anekdotensammlung zusammengeschrieben, von welcher zu wünschen ist, dass er sie nicht in die Hände seiner Schüler gelangen liess. Allerlei schmutzige Anekdoten wechseln mit ziemlich bedeutungslosen Geschichten ab. Das wenige, was für politische und Kulturgeschichte etwa Interesse bietet, hebe ich hier aus. Dass der Verfasser schon 1327 erwachsen war, aber auch noch die Zeit Karls IV. erreichte, geht aus den Aufzeichnungen selbst hervor. Als Beitrag zur Kenntniss der Unterhaltungslecture in den bürgerlichen Kreisen des 14. Jahrhunderts sind dieselben vom literar- und kulturhistorischen Standpunkte wohl immer einiger Beachtung werth.

Andreas citiert dann auch auf fol. 220 unseren Schulmeister: 'C. Derrerus rector scholarum Auguste. Regentes vel sunt boni et virtuosii' u. s. w. eine Anzahl allgemeiner Sentenzen auf einer halben Seite.

Es mögen dann noch zwei Sagen über Karl den Grossen eine Stelle finden, welche Andreas auf fol. 104 eingetragen hat. Die zweite ist die bekannte sinnige Erzählung von der dankbaren Schlange, welche gewöhnlich auf Zürich localisiert

wird, hier aber in einer mir unbekannten Burg (in *Ecio castro*) spielt; die erste ist eine Variation der in der verlorenen sächsischen Kaiserchronik (*Annalista Saxo* und *Ann. Palidenses*) auf Otto den Grossen bezogenen Erzählung, wie der König einer Frau wider ihren Willen zu ihrem Rechte verhilft. Dass diese Erzählung hier in Zürich localisiert ist, deutet der Eingang an. Ihre Fassung scheint älter, ursprünglicher zu sein als die der Kaiserchronik; als Gedenkzeichen erscheint in dieser eine Kirche, hier eine Weide.

Has predictas hystorias seu fabulas scripsi ex cronicis magistri C. Derrerii rectoris scholarum in Augusta temporibus Ludwici imperatoris Romanorum quarti, qui regnavit circa annum domini 1340.

f. 225'. Anfang:

Ex quibusdam cronicis. De mirabili sermone. Nota quod accidit quod quidam Predicator ut frequenter veniret ad claustrum quod vocatur Kungsvelt, ubi sepultus est rex Ungarie, et ibi residebat regina cum multis beginis, et ibi sermocinavit u. s. w.

f. 228. Quod in sagittantem didicit referire sagitta. Nota quod anno 1337. audiui mirabile factum, quod actum erat eodem anno inter paganos u. s. w.

f. 229'. De apparentibus bonis. Nota quod quidam dixit unum simile de papa Iohanne XXII. et adhuc potest dici de pluribus. Dixit enim quod esset unus mus, qui emisit filios suos ut temptaret, si aliquod animal esset foris, quod posset eis nocere. Et venerunt et dixerunt: 'Nullum animal videmus nisi unum quod iacet cum igne, quod est valde bonum et mansuetum'. Tunc dixit pater murum: 'Ab illo animali custodiatis vos, quia nullum aliud ledit vos nisi illud'. Sic papa Johannes apparuit bonus et non erat.

Quod clerici non simpliciter sunt prohibendi a mulieribus. Nota quod quidam papa voluit valde prohibere clerum a concubinis. Tunc quidam versificator misit illos versus: Qui prohibet clerum a concubitu mulierum, reddit levitas cum presbiteris sodomitas.

f. 229'. Exemplum quod sedicio est mala. Nota quod anno 1340. in Werdea wlgus opposuit se civibus, ita quod omnino volebant predominare, et dixerunt quod vellent scire computationem sue steure. Ad civitatem autem illam imperator Ludowicus misit illum de Niffen, ut inter ipsos faceret compositionem. At wlgus tunc amplius noluit audire computationem steure, sed solum voluerunt, ut omnes cives exirent civitatem. Et erant quidam mediocres qui assumpserunt sibi communitatem et credebant se dominare posse. Quid autem accidit? Venerunt illi mediocres cum 100 de wlgis in Ingel-

stat ad imperatorem Ludowicum, qui capiebat eos omnes et illos mediocres, qui alios induxerunt, fecit privare ab oculis et visu.

f. 230'. Quod unusquisque debeat manere in suo statu. Nota de rege Francie qui iussit civem restituere comitatum comiti. Accidit enim quod quidam civis Parisius emit comitatum pro 24 mille marcis argenti. Expertus autem rex, quod civis emisset comitatum, misit pro cive, cum comes eciam adesset. Cum autem veniret civis, tunc rex suscepit eum dicens: 'Beneveneritis, domine comes de tali comitatu'. Civis vero dixit: 'O domine, ego sum pauper civis'. Tunc dixit rex: 'Vos estis comes, quia emistis comitatum'. Et tunc dixit rex ad comitem: 'Recepisti pecuniam ab eo?' Dixit: 'Recepi'. Tunc dixit rex: 'Dedisti sibi litteras super empcione comitatus?' Dixit: 'Dedi'. Tunc dixit rex ad civem: 'Vade porta litteras tuas, quas dedit tibi comes'. Tunc civis portavit. Rex autem recepit et laceravit et dixit: 'Habeas tibi comitatum tuum et sis comes, et tu sis civis; vel quis licenciavit tibi emere comitatum?' Et sic permansit pecunia comiti.

f. 231. De verbis a casu prolatis. Nota de quodam rege Francie, nomine Philippus. Ille prius fuit unus comes, et quia rex moriebatur sine herede, et erat quidam civis Parisius, quia (l. qui) erat procurator regis precedentis et valde potens circa regem. Ille autem qui futurus erat rex non dilexit illum civem. Et postquam erat factus rex, tunc suspendit illum civem. Ille autem civis fecit istud patibulum, et dixit semel ad regem precedentem, cuius procurator fuit: 'O domine, ego feci vobis patibulum'. Tunc dixit rex: 'Tu fecisti tibi patibulum et non michi.

f. 231'. Nota quod audiavi anno domini 1327. ab uno Karmelita, quomodo sancta crux, id est pars magna, devenit ad Karmelitas in Montem Besselanum. Devenit autem per hunc modum, quod quidam christianus venit inter paganos et erat factus servus unius regis u. s. w.

f. 232. Nota imperator Karolus rex Bohemie habebat unum puerum in curia sua, qui fuit irsutus totus ut canis irsutus.

f. 232'. Nota quod accidit tempore meo quod quidam Badawe similavit se esse ducem de Brünsweich u. s. w.

f. 234. Nota quod audiavi notabile factum dicere in Nordlingen anno domini 1337, et erat gestum in Lombardia, ubi erant duo fratres barones u. s. w.

f. 234'. Nota quod accidit anno domini 1340, quod circa Renum in Alsacia coniurabant 15 centum rusticorum, quod vellent occidere omnes comedentes panem ociosum, ut episcopos, clericos, monachos, moniales, scolares. Quod expertus episcopus quidam et quidam abbas honestus, collegerunt exercitum et captabant eos.

Ende f. 235. . . . et sic omnis amicus probatur in necessitate et non in solaciis.

f. 104. De iusticia regis Karoli Magni. Nota quod audiui de rege Karolo, qui fundavit Turegum ('id est Zürich' über der Zeile), quod fuerit homo valde iustus, in tantum quod una die cum vellet equitare, tunc venit una mulier conquerens sibi, quod esset stuprata ab uno viro. Tunc respondit rex: 'Ego libenter volo vobis vindicare'. Et cum exiret civitatem, tunc dixit ad salicem unam: 'Amoneas me cum revertar, quod talis vir stupravit illam mulierem'. Postquam autem reversus esset per duos annos, et quando venit ad salicem, tunc salix cecidit ante equum ad viam. Tunc dixit rex: 'Quid significat hoc?' Et tunc recordatus est, quod ammonuit eum de stupro. Et postquam intravit civitatem, tunc fecit vocari illam mulierem et dixit: 'Ubi est ille vir qui te stupravit?' At illa dixit: 'Domine, peto ut nichil faciatis sibi, quia ipse in emendam contraxit matrimonium mecum'. Rex dixit: 'Nichil iuvat, ego volo implere iusticiam'. Et fecit eum occidere.

Nota quod audiui de iusticia Karoli: scilicet quod ubicumque comederet, tunc iuxta ipsum precepit fieri patibulum et appendi campanam, ut si aliquid alicui deficeret, quod veniret et pulsaret. Accidit autem una dierum, quod cum in Ecio castro sederet et comederet, venit serpens horribilis et pulsavit. Et ipse in mensa surrexit et cum suis secum ad silvam et suum antrum ivit et quoddam nocivum de suis pullis removit. Ille autem serpens veniens post prandium ad aulam regis, quem cum omnes timerent et fugerent, ipse mansit sedens, et serpens sinum eius intravit et horam iacuit et tunc in remunerationem preciosissimum lapidem evomuit et abiit.
